Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-87651-p0001-2

# ELEGIA FUNEBRIS
IN OBITUM
*MAXIME REVERENDI, MAGNIFICI AC NOBILISSIMI*
VIRI,

# Dn. JACOBI VVELLERI à Molßdorff/

HÆREDITARII In Karsdorff/ &c.
DOCTORIS THEOLOGI DE ECCLESIA CHRISTI
CLARISSIME MERITI,
ET
SERENISSIMI ELECTORIS SAXONICI
CONCIONATORIS AULICI PRIMARII, CONFESSIONARII, AC IN SUPREMO ECCLESIASTICO SENATU CONSILIARII GRAVISSIMI,
*Qvam*
*DOLORI TESTANDO*
*EXHIBUERUNT*
PROFESSORES PHILOSOPHICI
IN ACADEMIA VVITTEBERGENSI.

*VELLERUS moritur. Vox ô triſtiſſima nobis!*
*Hæc duo contortum verbula pondus habent.*
*Qvis tibi porrò dabit divini munera verbi*
*Aula, per Enſiferum nobilitata Ducem?*
*Flete ſacerdotes reliqvi, dolor ora fatiget:*
*Jure dolent artus cum caput artis obit.*
*Templa jacent ſine laude, DEO ſacrata tonanti.*
*Qvid mirum? templi qvando magiſter abeſt.*
*Lipſia, chara ſoror, nobiſcum jungito fletus,*
*Turbantur noſtris docta Lycéa ſophis.*
*Vosq;, Scholæ trivii, noſtro miſerum addite carmen,*
*Nam protritus honor veſter & ipſe jacet.*
*Sed tundat qvicunq; velit ſua pectora palmis;*
*Aula, Sacerdotes, Templa, Lycéa, Scholæ:*
*Noſtra tamen duro magis eſt perterrita luctu,*
*Præq; aliis meritò Philoſophia dolet.*
*Philoſophia dolet, cui tractu temporis omni,*
*VVELLERUS qvondam fautor & auctor erat.*
*Qvando vel ejusdem penderet ab ore Juventus,*
*Addiſcens ſummi verba Eberina DEI;*
*Vel cum Saxonici proceres, hôc præſide, noſtrum*
*Exciperent ſummo ſemper honore chorum.*
*Deprime nunc, ſacer ordo, caput, nunc contrahe frontem*
*Ut tuus extincto lumine Phœbus abit.*
*At tibi dum VVELLERE, novus rutilantia ſplendor*
*Aſtra aperit, ſed nos dira caligo premit;*
*Hoc tamen ingentes minuit, VIR SUMME, dolores,*
*Cum nobis malè ſit, qvot tibi tam benè ſit.*

Literis JOHANNIS RÖHNERI.
A. O. R. cIɔ Iɔc LXIV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-87651-p0003-3

# ELEGIA FUNEBRIS
IN OBITUM
*MAXIME REVERENDI, MAGNIFICI AC NOBILISSIMI*
VIRI,

# Dn. JACOBI VVELLERI à Molßdorff/

HÆREDITARII In Karsdorff/&c.
DOCTORIS THEOLO ... ECCLESIA CHRISTI
CLARI ...

SERENISSIMI ... CI
CONCIONATORIS AULICI PRIMARI ... IN SUPREMO ECCLE-
SIASTICO SENAT ...,

*DOLOR* ...
E ...
**PROFESSOR ... I**
IN ACADEM ...

*VVELLERUS moritur.* ...
*Hæc duo contort* ...
*Qvis tibi porrò dabit* ...
*Aula, per Enſifer* ...
*Flete ſacerdotes reliqv* ...
*Jure dolent artu* ...
*Tempia jacent ſine lau* ...
*Qvid mirum? t* ...
*Lipſia, chara ſoror, n* ...
*Turbantur noſtr* ...
*Vosq́ꝫ, Scholæ trivii, n* ... *m,*
*Nam protritus l* ...
*Sed tundat qvicunq́ꝫ* ...
*Aula, Sacerdotes* ...
*Noſtra tamen duro m* ...
*Præqꝫ aliis merit* ...
*Philoſophia dolet, cui t* ...
*VVELLERU* ... *erat.*
*Qvando vel ejusdem p* ...
*Addiſcens ſummi* ...
*Vel cum Saxonici proc* ...
*Exciperent ſummo ſemper honore chorum.*
*Deprime nunc, ſacer ordo, caput, nunc contrahe frontem*
*Ut tuus extincto lumine Phœbus abit.*
*At tibi dum VVELLERE, novus rutilantia ſplendor*
*Aſtra aperit, ſed nos dira caligo premit;*
*Hoc tamen ingentes minuit, VIR SUMME, dolores,*
*Cum nobis malè ſit, qvot tibi tam benè ſit.*

Literis JOHANNIS RÖHNERI.
A. Q. R. cIↃ IↃc LXIV.